



## CIL II<sup>2</sup>/7, 363

7, 363 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario (marmore?) caesio cum venis albis a tergo levigata lateribus scabris 93 × 21 × 12–7,5. Superne pars rotundata linea tantum indicatur, non excavata est. Litt. ad librarias accedentes 4–2, nonnullae modulo maiore redditae; v. 5–8 ex. paululum mutili; puncta triangularia, hedera v. 3; lineae ad delineandum ductae v. 1–5. Rep. ante a. 1962 *en el Camino Viejo de Almodóvar*; servatur in M. A. P. Córdoba (inv. n. 21993c), ubi descripsi a. 1984 im. phot. a G. K. S. sumpta.

*Mur(millo) ◦ <contra> r(etē)*

*Probus ◦*

*PAVIL ◦ LXXXXIX*

*natione ◦ Germa(nus)*

5 *h(ic) ◦ s(itus) ◦ e(st) ◦ s(it) ◦ t(ibi) ◦ t(erra) ◦ l(evis)*

*Volumnia Spera[ta]*

*coniuci (!) ◦ pio*

*merenti*

*P(ublius) ◦ Volumnius ◦*

10 *Vitalis patrī ◦ poio*

*s(it) ◦ t(ibi) ◦ t(erra) ◦ l(evis)*

□ (im. phot.)

Piernavieja 1971, 161–164 n. 2 cum im. phot. et del. (AE 1971, 179) et 1977, 162–163 n. 66 cum im. phot. cf. p. 256. — Cf. Marcos 1976, 45; Smirin 1987, 100–101 adn. f.

Distinguuntur manus duae, prior v. 1–5, altera v. 6–11. Pro *contra* v. 1 scripta litt. C inversa angulata.

3 legendum esse *Paull(i) ◦ l(ibertus* scil. *annorum)* XXXXIX proposuit Piernavieja, cum neque esset nomen, quod inciperet PAVIL, neque numerus LXXXXIX facile ad annos aut ad victorias referri posset; idem 1977, 256 concessit LXXXXIX dici posse de numero pugnarum collato titulo Pompeiano IV 2387, sed de genetivo quem dixit desperavit. Restituendum fortasse *pa<sup>l</sup>m(arum)* LXXXXIX litteris velocibus male exceptis a quadratario, nisi mavis cogitare de corruptela maiore.

Ex litterarum formis et ex laudibus formulisque saec. I ex. vel II in.  
A. U. S.